



ipsi tendunt ad salutem & non tam amore benedictionem uel
 promissionem desiderant inflammanitur. Quam hoc magis
 habentes in ^{pro}specu & dicentes. Sufficit mihi non ire in
 nem aeternum. Sufficit mihi non expelli in tenebras exte-
 riores. Cum ergo in singulis quibusque fidelium talis sit pro-
 posita uarietas. hoc mihi designari uidetur in hoc loco.
 Quod dimidui illi qui iuxta montem garizim incedunt illum
 qui ad benedictiones electus est. istos figuratim indicare.
 qui non metu poenae. sed benedictionum & promissionum
 desiderio ueniunt ad salutem. Illi uero dimidui qui iuxta
 montem gebal incedunt in quo maledictiones prolatae sunt
 istos alios indicant. qui malorum metu & suppliciorum
 timore complentes quae in legibus scriptae. perueniunt ad sa-
 lutem. hic & iam di solius est nosse ex omnibus filiis israel
 qui est qui boni ipsius desiderio succensus. facit quod bonum est.
 qui uero metu gehennae & aeternae ignis terrore tendit ad
 bonum. & studet ac festinat implere quae scriptae sunt. cer-
 tum est enim nobiliores esse illos qui boni ipsius desiderio
 & benedictionum amore quod bonum est agunt. quam illos
 quod pro mali metu bonum sectantur. Solus ergo ih̄s qui
 potest ex omni populo huiusmodi mentes animosque discer-
 nere in montem garizim ad benedictiones alios uero statu-
 ere in montem gebal ad maledictiones ^{in maledictiones} accipiant. sed ut in-
 tuentes praescriptas maledictiones & poenas peccatorum
 constitutas incurrere caueant. Post haec refertur
 quia legit ih̄s omnia uerba legis benedictiones & maledictionis ^{secundu}
 omnia quae scriptae sunt in libro legis. nec fuit ullum uer-
 bum ex omnibus quae mandauit moyses quod non legerit
 ih̄s coram omni ecclesia filiorum israel. facilis quidem est